

Ut ne Persae quidem.

Δεινῶς μετὰ παραδείγματος. Exemplo invidiosissimo reum deprimit, quod legatus p. R. id apud socios admiserit, quod etiam Persarum hostile ingenium recusavit.

5 Tenem ipsum.

§ 49.

Κυλλογιστικῶς καὶ μετὰ ἐπιμονῆς obstinate inmorando huic parti, quo magis videatur universam Tenedum diripuisse auferendo simulacrum conditoris, ut, quoniam ipse urbis auctor fuisset, in eo existimaretur Verres  
10 totius oppidi statum depopulatus esse.

Non ad praetorem, sed Romam deferri oportere. § 50.

Vigilanter, ne videretur iudicio Neronis C. Verres absolutus, cum fanum Iunonis Samiae diripuisset, ait illum non de innocentia Verris pronuntiasse, <sed> iudicium  
15 omne ab se ad senatum removisse.

Contra sectorem quaestoremque pugnare,

§ 52.

quoniam bona proscriptorum sectores mercabantur et eorum pretia quaestores in aerarium referebant.

Etque se absolutum.

20 Παραδειγματικῶς praeiudicatum dicit esse de criminibus legati absoluto Charidemo, quem [cum] Samii apud Chios reum fecerant; qui eo potissimum defensus sit, quod ostendisset omnem illam direptionem ad populi R. legatum pertinere.